

Johannis **Jer osol om ita n or o m⁴**, electus et confirmatus./ Jn Episcopum Curiensem, Qui annis .xxvij⁹. sub multis Rixis atque Gwerris eandem strenue⁵ Rexit ecclesiam. Qui / etiam ob diuini cultus augmentum ecclesiam parochialem sancte Marie Jn **Mals** vallis **Venu ste**, Mense Capituli, / ecclesie Curiensis libere donauit, vniuit, et jncorporauit, Quapropter prepositus, Decanus et Capitulum ecclesie Curiensis / ordinauerunt et statuerunt, vt ex nunc et jn antea eius dies Anniuersarius perpetuis temporibus celebretur cum / officio pro defunctis. Jta videlicet quod ipso die sui anniuersarij habeantur .xij. Misse et placebo more / solito, Et Capitulum suum per ministrum eodem die exponere debet et teneatur expedire .xxiiijor. libr¹ metzanorum⁶ / Que distribui debent jn hunc modum scilicet quod culibet sacerdoti jlla die missam jn ecclesia Curiensi infra officium / anniuersarij legenti vel cantanti. dentur octo solidi metzanorum. culibet scolari .iiijor. Jmperiales. Magistro scolarum⁷ .iiijor. solidi / metzanorum. asistentibus ad publicam missam. dyacono. et subdyacono vtrique .xvj⁸. Jmperiales vtrique Edituo .xvj. Jmperiales. / Residuum Jnter dnos¹. Canonicos juxta consuetudinem hactenus obseruatam equa porcione diuidatur. Requiescit / Jn ecclesia Curiensi jn sepulchro Episcoporum Curiensium Et vt supratactum anniuersarium eo honorificencius peragatur est ordinatum / et adiectum, vt nunc et inantea perpetuis temporibus, quicumque perpetuus vicarius dicte ecclesie parochialis jn **Mals**. / fuerit. annis singulis in festo sancti Martini Episcopi Capitulo Curiensi dare persoluere et expedire teneatur / Quatuor ducatos jn auro, quorum ducatorum Tres. ad supratactum anniuersarium, et quartus ad agendam / Elizabeth de Schowenstein⁹, Relicte Ottonis Schegg¹⁰, armigeri dum ipsa vixerit Et post ipsius mortem, ad / anniuersarium suum et predicti Ottonis mariti eius legitimi, sunt exponendi et conuertendi. Requiescit jn Monasterio / jn Tumba. Episcoporum juxta fontem

U e b e r s e t z u n g

September 24 mailändische Liren.

Den 6. September, am Fest des Bekenners Magnus. Im Jahre des Herrn 1416 starb an diesem Tage der ehrwürdige Vater in Christo Herr Hartmann, Graf von Werdenberg und Sargans, vom Orden des hl. Johannes zu Jerusalem, erwählter und bestätigter